




kat.komp.

8119

Augustianie



Aug. 8119

# DESCRIPTIO SYNOPTICA

Publicum lætitiae Plausum  
DIE INVENTIONIS S. CRVCIS.

Recurrente Annua Festivitate

# D. STANISLAI CASIMIRITANI

Canonici Regularis Lateranensis Congregationis Cracovi:  
post stabilitos feliciter Exoptatae Pacis Tractatus,

Inter SERENISSIMUM & INVICTISSIMUM

# AUGUSTUM II.

DEI Gratia Regem Polon: Magnū Ducem  
Lith: Russiæ, Prussiæ Masov. Samogit: Livon. Kiiov:  
Vothyn: Podol: Podiach: Smolens: Sever: Czerni:  
nec non Hereditarium

DUCEM Saxoniæ & Principem Electorem.

Dominum nostrum Clementissimum.

& Confœderatos Serenissimæ Reip: Polonæ Ordines.  
in Ecclesia Collegiata SS. Corporis Christi Domini Canon: Regul. Lateran:  
Casimiria ad Cracoviam.

à Plaudenti eisdem Civitatis S. R. M. Populo  
in Solenni Gratiarum Actione,  
Instauratum

# EXPRIMENS.

Anno à Nativitate Regnantis à Lig:o DEI quo totus Mundus  
in Pace compositus erat, 1717, Die 3. Maij.

Eximio Confessori  
B. STANISLAO  
CASIMIRITANO  
S. Theologiæ in Alma Universitate  
Cracoviensi Baccalaureo, Canonicō  
Regulari Lateranensi  
Congregationis Cracoviensis.  
Civitatis S. R. M. Casimiria  
ad Cracoviam  
PATRI PROTECTORI  
ac PATRONO  
Singularissimo.

Aug. 819

ВИЗАНІЙСЬКІ

# DIVINISSIME CONFESSOR.

Væsiam longo tempore Pacem innumeris poti-  
orem triumphis, si alicui Regno obtinere licet,  
hanc superum favore, cælo demissam ab alio,  
nemo est qui ambigat. Hec etenim genuina  
Virtutis soboles adeo est perpetua cælorum Inquilina.  
ut terrarum incolis, integris duntaxat vita scelerisq;  
puris, Clementissimo Deorum favore vix concedatur  
in hospitem. Quodsi solis hominum artibus contra su-  
perum arbitrium in technarum officina aliquando cu-  
ditur breve gementis populi solatum est, in magis e-  
nim ferientia belli prior s fulmina degenerat Breve  
solatum pax illa est, in qua gratulationibus lamenta,  
votis diræ plausibus Martiales locum & horam eri-  
piunt furores: ubi Civium Manus, quæ modo Dijs  
thura litantes plaudebant, nunc aptatae in dolorem, ca-  
pita velunt & pectora tundunt: ubi, post gestatas tri-  
umphali flammæ ardentes tam padas, subito cruentæ  
Furiarum jactantur faces, quibus corda populi adju-  
rorem inflammari, nova bellorum incendia in Regno  
suscitari, urbes & oppida cum sacris etiam Deorum  
Templis, alia in favillis sepeliri alia fædante decora sumo-  
tumulari debeant. Tantam Pacis & Belli vicissitudi-  
nem illa passim vel sui exitio experiuntur Regna, quæ

quem admodum felicem sibi victoriae aleam, magis in nu-  
mero & robore militum, quam in benedictione & for-  
titudine superum promittunt, ita, sola industria mortalē  
eam quam Mandas dare non potest pacem stabilire con-  
tendunt. Felicior Potonia genius, Sanctissima bellorū  
& federum in nostro Regno cogitatio, ubi & victiciū  
palmarū, & pacis sanctae fiducia in Sanctorū Patronorū  
coram Summo Imperatore D E O efficacia reponitur.  
Procul à Victoria procul à pacis nostræ gloria,  
humana Vires? Cæli pacem dederunt. Cælis gratulati-  
ones, cælis vota debemus & reddimus. Non vos o San-  
ctissimi Patroni agendarum gratiarum tarditas offen-  
dat. Tardi sumus, non segnes: magnitudo enim præ-  
sentis fortunæ, hanc moram injecit, non debitæ pietatis  
torpor. Nimirum Pacem, quam jām oculis Vidimus,  
manibus fere palpavimus adhuc capere non possumus.  
Continuo enim ingent iū malorū sensu, sensu boni ami-  
simus & præ diuturna belli molesta, in eū mentis venimus  
excessū ut pacem vitâ nostrâ non sperassemus. Venit illi  
publicani universi: latari subito & plaudere debuimus,  
sed latitiae præcucurrit stupor, totos nos gratulari volen-  
tes tanta pacis fortuna in admirationem rapuit, & huc  
usq; tenuit. Nunc tandem cùm squalorem Patriæ de-  
posuit, cùm lachrymas abstersit, cùm facies rebus redditâ  
bilarior, & pacis oleo tantisper in manibus Civium  
felicis-

felicissime Virēnt, vindicatos ab admiratiōne sensus gratulationē  
impendimus, & quorum suffragijs stetit, Sanctorū Aris pacē  
inferimus, dicamus Dicamus Vobis opus vestrarum pro nobis  
ad Deū effusarū Orationū Sancti Poloniae Tūcelares Dicamus Tibi  
Sanctissime Civitatis nostra Incola Fili, Pater & Patrone.  
Iagellonici Parnasi & Casimiriensis Laterani Gloriam B. STA-  
NISLAE Casimiritane. Te Achillei strenue pro se debellan-  
tem Orbis Lechicus experitur & ueneratur, prasertim Tuum  
natale solum Civitas Casimiria, quam liceat uarij easū ad hacru-  
dera alliserunt, Tua tamen protectione eandem fulsis & releras.  
Enītuit hæc Tua Protectio funesto non pridem tempore grās.  
sante in Urbe vicina morte, cūm per longum tempus salubrē  
Uebatur aura, nisi postmodum inconsulta plebs occasionem Pe-  
ſilientia prabuiſſet. Graue illi erat incidere in manus Domini,  
& quas peccatis suis meruit plagas ferre intolerabiles, sed  
Tū gravitatem iræ DEI. precibus Tuis sustinuisti, à nobis Tū  
Populo avertisti, Tuo amplius erga Patriam a nore non desine,  
fundere preces ad Dominum, remque illius coram Divina Maie-  
ſtate promove, ut Pace hac à superis data quām diutissime fru-  
atur Attende prout antemurale & murus Curbem Craciam  
Civitatemq; Casimiriam intelligo pariter desolata sunt, Tū  
Divinissime Confessor proficienā uulteriori labentiū Turrium ru-  
na, murus aheneus esto. Remove orationib; Tuis omnes pressuras  
gemenis sub continuo tributo populi: ut respiro vix spirantes do-  
nati, revocent spiritū, eumq; ad laudes Tucas dirigant. Quia Te  
singularem corā Divina Maiestate Patronum & Protectorem  
agnoscit.

Devotissima Nomini Tuo Patria.

Civitas Casimiria ad Cracoviam.

# DESCRIPTIO SYNOPTICA,

**I**ntrando Prædictam Ecclesiam SS. Corporis CHRISTI Domini supra Poites Majores ex opposito Altaris Inscriptio talis:

Circuivi & immolavi in Tabernaculo eius hostiā vociferationis: cantabo & psalmum dicām Domino *Psal: 26.*  
Supra Postes minores à latere Inscriptio ejusmodi.

Loquetur Pacem in Plebem suam & super sanctos suos. *Psal: 84.*

Ex opposito supra Postes minores Ecclesiæ ad Partem meridionalem cernitur talis inscriptio

Afferte Domino Gloriam & Honorem *Psal: 28.*  
In ipsa Ecclesia sub Crucifixo Mediatore datur inscriptio sequens: Hoc est signum fœderis *Gen: C. 9* Paulò infra apparet efformata Petra in qua appensa Imago SS. Clemensis XI. Pontif: Op: Maxi: cum hoc *Psal: 26.*

In Petra exaltavit me.

Sequitur tandem effigies Serenissimi Moderni Regnantis D.N.C. cum debito ornamento resplendens sub qua continuatur Inscriptio eiusdem versus *Psal: 26.*

et nunc exaltavit Caput meum.

Ad unam partem IconCelsissimi Principis Illust: & Reverendissimi Domini STANISLAI à Słupow SZEMBEK Dei & Apostolicæ sedis Gratia Archiepiscopi Gnesnensis Primatis Primiq; Principis Legati Nati, Archi cœnobij Rega-

Exempti Abbatis Tinecen: &c. cum apposito hoc carmine.

Langvida membra, Rosarum nunc relevantur odore.  
Ad alteram Partem Decora facies Celsissimi Principis  
Illustrissimi & Reverendissimi D. CASIMIRI à Lubna  
LUBIENSKI Dei & Apostolicæ sedis Gratia EPISCOPI Cra-  
coviensis Ducis Severiæ &c. cum hoc versu.

Consultum que Caput, prospera tanta dedit.

Ad dexteram Partem super obeliscum statua decenter or-  
nata repræsentans Religionem, tenens una manu CRUCEM  
& Librum; alterâ verò in stemmate depictum Cygnum,  
in obelisco Inscriptio talis.

Cantate Domino canticū novū quia mirabilia fecit. P. 97.  
Ad sinistram Partem altera statua itidem super obeliscū  
repræsentans Regnum Poloniæ tenens in una manu Coro-  
nam cum sceptro, in altera stemma in quo depicta aquila  
alba. super orbem expansis alis cui servit talis Inscriptio.  
Domine ut scuto bonæ voluntatis Tuæ coronasti me P. s.  
A Remotiori loco, in una Parte statua armata Palladem  
repræsentans una manu hastam prehendens, altera in stem-  
mate Gemina sceptra Almæ Academiæ Cracoviensis te-  
nens. Obeliscus verò hoc stemmate insignitur.

Pace clariora, Patrocinio celebriora.

Ex opposito 4ta statua repræsentans Civitatem Casimiriā  
una manu affectum dirigens altera verò in stemmate, in-  
signe Civitatis depictum habens cum hac Inscriptione.

Cùm ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit  
manum suam. Psalm. 36.

Tandem ad sinistram Partem Ecclesiæ Altare Crucifixi  
CHRISTI DOMINI quinq; vulnera argenteis radijs coru-  
scantia Fidelibus demonstrat sub ejus Crucifixi Imagine

apposita Imago B. STANISLAI Casimiritani non tantum  
auro & argento ornata, sed & lumen fulgore resplendet.  
In quo altari ad dexteram Partem apposita est Inscrip-  
tio talis:

A Ligno vitæ, Fidelibus salus.

In altera parte: Ab hoc Labaro, hostibus labes.

Penes hoc Altare Crucifixi datur Mausoleum ubi sacra  
Lipsana B. STANISLAI Casimiritani requiescunt, exqui-  
sitissimis chinensi opere hinc inde adornatum Pilastris,  
majorem majestatem & pondus depictæ Inscriptiones  
adferentes.

Ex una Parte: Tu Gaudiū & corona nostra. Ad Philip: 4.

Ex altera Parte: Tu Honorificentia Populi nostri: Iudei: 15.

Circa quæ ad præsentem solennitatem adstant Pyramides  
lucidis resplendentes lampadibus & argenteis Votorum  
adornatæ Tabulis, desuper Inscriptiones extant.

De Busto clarior exit.

Altera Pyramis talem Inscriptionem in summitate tenet.

In desperatis casibus Casimiritanus adest.

In Fenestra Turris Ecclesiæ statua B. STANISLAI Casi-  
miritani tam lampadibus quam etiam aliis festiuis ignibus  
illustrata.

Supra portam Cæmiterij Inscriptio hæc.

Posuit fines tuos pacem. Psalm. 147.

Hæc Solennis Gratiarum Actio ad Majorem Gloriam &  
Honorem D. O. M. R. P. B. M. V. P. C. B. S. C. SSq,  
R. P. P.

Cedat.



Biblioteka Jagiellońska



stdr0024180

